eundem terminum primum peremptorium et alios omnes
consequentes eiusdem causae terminos semper peremptorios
vera infirmitate successorum minorennitate promotioni
ad munimenta ad curatorem servitio militari servitio in
tra vel extra Regnum vel alijs quibuscunque legalibus im
pedimentis et dilationibus non differens ad quaerelam
ultra ipsos Terminos officij praefati Castrensis Premi
sliensis dilationem sibi non recipiens nullasque motiones appel
lationes aut earum prosecutiones faciens ac praemis
sa omnia primis simplicibus vel triplicatis evasionibus su
spensionibus fatalijs iuris processione Terri bello Convo
tioneque et alijs quibuscunque iuris remedijs et defensis non
subterfugiens sub sua praesenti Inscriptione actis praemissa
mediante

Terlecky Paczlaw
skiemu obligat

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus
Castrensibus Capitaneal. Premisliensibus Nobilis Hrehory Terle
cky olesznovio mente et corpore sanus existens A terris
districtibus omnibus Iurisdictionibusque suis quibus ius foro
prijs et competens modo sive autem Castrensis Capitan.
Premisliensis Iurisdictioni quoad actum praesentem atti
net se cum successoribus ac bonis suis omnibus totaliter
et plenarie incorporans et subijciens palam libere
publice ac per expressum recognovit Quia ipse bona
sua kmetia videlicet subditum dictum Futich in villa Lubo
ssow in duabus quartis residens Tum et fundum
in Villa Terlo quem idem recognoscens modo donationis
a nobili Mishol Turkowicz Terlecky acquisivit in

districtu praesenti consistens cum omni pleno iure
dominio et proprietate ac propinquitate omnibusque et singu
lis bonorum praefatorum utilitatibus fructibus proventibus ac sub
ditis ipsorum laboribus censibus redditibus attinentijs et pertinen
tijs universis nullis penitus exceptis nec ipsi successo
ribusque suis vel alio quopiam reservatis verum ita longe
late circum ferentialiter prout praefata bona se in suis me
tis et limitibus extendunt et prout eadem bona ipsemet
recognoscens tenuit habuit possidebat ipsumque concernebant
tali extremo Nobili Siemion Paczlawsky Lubkowicz
et illius posteris in summa Centum quinquaginta flo
renorum Poloniae abhinc ad festum Conversionis Sancti Pauli
Apostoli proxime ventura et in defectu pro tunc exem
ptionis eorundem bonorum extunt de anno ad annum
annis continue et immediate sese sequentibus usque ad exem
ptionem eorundem bonorum et summae praefatae plenariam
et totalem persolutionem obligat inscribit ac modo
et titulo obligatorio inscribit Intromissionemque realem cum
actuali et pacifica possessione in bona praefata praesentibus
obligata per ministerialem quemcunque et Nobiles die quacunque
voluerit acceptans eidem obligatario suo et illius posteris
dat et admittit per ipsum obligatarium suum Nobilem
Siemion Paczlawsky ac eius posteros bona eadem tenen
habend. possidend. modo obligatorio Debetque et tene
bitur memoratus recognoscens Nobilis Hrehory Terlecky olesznio
wicz prout se ac suos successores in et super bonis suis
quibus omnibus inscribit et obligat praesentibus eundem
obligatarium suum nobilem Siemion Paczlawsky Lubko
wicz et illius posteros in eisdem bonis obligatis et
ratione eorundem ab omni et quavis impetitione inhibita

familia amissione singulorum personarum cuiusqunque status sexus et conditionis existentis tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit usque ad exemptionem eorundem bonorum tueri defendere eximere et liberare indemnemque et indemnes reddere nec non bona praenotata per se modo praemisso obligata ab omnibus ingeneris undique et inscriptionibus prioribus et posterioribus in eisdem bonis factis et faciendis tum etiam a quibusvis citationibus importatis et importandis lucris demum ac perlucris et processibus iuris quibusvis in eisdem bonis obtentis et obtinendis eximere et liberare ac etiam intromissionem praesentibus admissam in eisdem bonis non denegare imo eandem effectuare dare et admittere datam et admissam per se et suos quosvis submissas et subordinatas personas possessionem eorundem bonorum non impedire neque adimere et praefatam obligationem summam in eisdem bonis tam in parte quam in toto non minuere sub vadio Centum Quinquaginta florenorum polonicalium pro casu non completionis praemissorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbere. Caeterum idem recognoscens Nobilis Hectori Terlecky Olecknowicz eidem affirmatori ... nobili Simoni Laczlawsky et illius posteris dat et concedit plenariam facultatem et omnimodam potestatem inserviendi praesentem obligationem ex his Castrensibus ad Acta Terrestria Praemisliensia transferendi et transportandi quae transportata tanti valere debet ac si per eundem recognoscens immediate porrecta. Pro quo quidem vadio vel vadiis modo praemisso succumbendo ac re aliquid praemisso non completa complendis praemissis citatus idem memoratus recognoscens Nobilis Hectory Terlecky vel illius successores

Ad instantiam Nobilis Simonis Laczlawsky vel illius successorum extunc recessu deprecato ad praemissa omnia mediante primo citationis termino tanquam peremptorio stare parere respondere pro vadio vel vadiis praemissis tam citatus sive satisfacere ac omne iudicatum satisfacere debebit et tenebitur prout se et suos successores obligat eundem terminum primum peremptorium et alios omnes consequentes eiusdem causae gratia terminos semper peremptorios. Vera infirmitate suorum subsecuta et actore maior ad commendata ad functionem legatione intra vel extra Regnum servitiis militaribus et aliis quibusvis legalibus impedimentis et dilationibus non differendo ad quietationem ultra proximos terminos Officii praefati dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo ad praemissa omnia ... simplicibus vel triplicibus quaestionibus suspensionibus fatalibus iuris protectione terrestri bello Convocatione et aliis quibusvis iuris remediis et defensis non subterfugiendo hac sua praesenti inscriptione ad praemissa mediante ... ad Officium ... obligavit.

Winnicky reformat Consorti suae

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Praemisliensis Nobilis Antonius Winnicky ... mente et corpore sanus existens a terminis districtibus iuribus iurisdictionibusque suis quibuscunque propriis et competentibus recedens. Suae autem Castrensi Capitaneatus Praemisliensis iurisdictioni quoad actum suum attinet se cum successoribus ac bonis suis quibuscunque omnibus totaliter et plenarie incorporans et subiiciens